



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Apostolis, qui matrimonium contraxisse probantur. Cap. XXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

*De Apostolis, qui matrimonium contraxisse
probantur. CAP. XXIII.*

Clemens (cuius verba modò citauimus) deinceps post illa quæ suprà posuerat, Apostolos, qui matrimonium contraxisse reperiuntur, enumerat: idque cōtra eorum sententiam, qui nuptias tollere abrogarecō; instituerent: Num, inquit, sunt Apostolos improbatū? *Cle. fol.* Petrus enim, & Philippus liberos procrearunt. *Philip. 170. li. 35* pus filias viris collocauit in matrimonium. Paulus etiam non veretur in quadam epistola coniugis suæ mentionē facere, quam eo minime secum circunduxit, quò facilius liberiusque suo fungeretur ministerio. Ac quoniam in istarum rerum mentionem incidimus, aliam quoque eiusdem historiam dignam explicatione, dignamque memoria proferre non grauabimur: quam quidem in septimo libro *Sewmar̄p* isto modo literis prosequitur. Aiunt beatum Petrum, cum vxorem suam ad necem abductam *Fol. 314.* conspicaretur, magna iestuisse lēritia, tum quòd vocare- *lin. 12.* tur à Deo, tum quòd in proprium domicilium reuertetur. Eam verò admodum & hortatus, & consolatus, sic nomine compellauit. Heus tu, memor esto Domini. Tales sunt beatorum nuptiæ, & tam perfectus amor inter amicissimos intercedit. Ista ergo cum propria sint & accommodata ei, quod in manibus est, argumento, hoc loco sint à me opportunè citata.

De Ioannis & Philippi morte.

CAP. XXV.

Tempus autem & modus, quo Petrus & Paulus exierunt è vita, quin etiam locus, quo post mortem sepulchra ipsorū sita fuerint, iam pridem sunt à nobis exposita. Ioannis etiā tempora nunc ferè explanata. Locus illius tabernaculi, qui sit, ex epistola Polycratis, qui fuit Ecclesiæ Ephesianæ episcopus, satis constat. Quam quidem epistolam ad victorem Episcopum Romanum perscripsit, inq; ea non modo Ioannis, sed Philippi simul & filiarum eius mentionem facit ad hunc modum. In Asiam enim præclara nostra religionis tāquam

H 2 semina-